

## APPROPATIONES DOCTORVM.

**N** Mne Trinum perfectum, quod & præclarus iste Auctor egregie præstitit; posteaquam enim humanam mentem, velut particulam Diuinæ, rectissimis bene ratiocinandi præceptis instruxit, Continuo Cursu, raro exemplo, incredibili industriâ, ac felici Calamo etiam vniuersa natura penetralia reclusit. Neque stetit hic ingens labor, aut quiescere iussit Plato; Verum ad summos Entis gradus amulo Vestigio contendendum fuerat. Proinde ex hoc cursu (quem rectè medullam Doctrinæ Philosophicæ dixeris) meritò inferre licet, nec deinceps in Clara D. Thoma planitie facile remoram injiciendam, nec inter implicatos Scoti nodos, ac subtilia mentis Theoremata periculum metucendum; Cum vtriq; scilicet Angelico, & subtili Doctore, nobilis hic Auctor vltimam manum, in hac Philosophandi facultate, addidisse videatur.

Ita restor

Ego Fr. Simon Spizweg, Eremita Augustinianus, ac in Conuentu Monacensi SS. Theologiæ Lector, Anno 1645. die 21. Aprilis.

**N** Os infra scripti de mandato speciali Reuerendissimi P. Laurentij à Spezzano Totius Ordinis nostri Minimorum Correctoris Generalis, & c. nec non Reuerendissimi P. Pauli Toreño Totius Ordinis prædicti Collegæ, & Vicarij Generalis SS. Theologiæ Lectoris lubilati, & S. Officij Consultoris Qualificatoris, & c. Decisiones Philosophicas R. P. F. Ioannis Lalemandet SS. Theologiæ Lectoris lubilati, ac per German. Bohem. Morauj. Prouincialis sedulo perlegimus, nec quidquam in ipsis, quod vel fidei, aut morum probitati contrarium sit, reperimus: imò potius in summis difficultatibus enucleandis summam ingenij profunditatem, Claritatem, ac singularem Methodum deprehendimus, ideo ne tanti Viri labores pijsimi sub obliuionis cineribus delirescant, prodeant in lucem, quâ tum Thomistica, tum Scotistica irradietur schola. Datum in nostro Conuentu S. Caroli prope Monachium die 17. Martij 1644.

P. Fr. Claudius Clemens, Min. Philof. & Theol. Lector Ordinarius, & Corrector Monacensis.

P. F. Franciscus Talbert, Minimus Philof. & SS. Theol. Lector.

## APPROBATIO EX MANDATO R. P. PROVINCIALIS.

**N** OS Infra scripti ex commissione R. Patri Ioannis Guillard Prouinciæ Germanicæ, & Boemicæ bene meriti Prouincialis, has Metaphysicales controuersias à R. Patre Ioanne Lalemandet subtilissimè agitatas, & c. compositas perlegimus, quas tanquam fidei orthodoxæ ac, veritati omninò conformes, miræque eruditione referas Typum mandandas censemus. Datum Monachij, Kalendis Aprilis Anni M. DC. XLV.

Fr. Claudius La Noire Minimus, Hispano Burgundus SS. Theologiæ Lector, & Prouinciæ Definitor.

Fr. Adrianus Darc Minimus Hispano-Burgundus, Philosoph. & SS. Theologiæ Lector.